

## III. Reyes, viii.

24. Qui custodisti servo tuo David patri meo, quod locutus es ei: et locutus es ore tuo, et manu tua implevisti iuxta diem hanc.

25. Et nunc Domine, Deus Israel, custodi servo tuo David patri meo, quod locutus es ei dicens: Non excindetur tibi vir a facie mea sedens super thronum Israel: duntaxat si custodierint filii tui viam suam, ut ambulent *coram me*, sicut ambulasti coram me.

26. Et nunc, Deus Israel, firmetur, *quaeso, verbum tuum*, quod locutus es servo tuo David patri meo.

27. Sed an vere sedebit Deus super terram? Ecce caeli et caeli caelorum non continent te, etiam quod domus haec quam aedificavi?

28. Et respicias ad orationem servi tui, et ad deprecationem eius, Domine Deus meus, ut audias clamorem et orationem qua servus tuus orat coram te *hodie*:

29. Ut sint oculi tui aperti super domum hanc, *nocte et die*, super locum de quo dixisti: *Erit nomen meum ibi*: ut audias orationem qua orat servus tuus *ad locum istum*:

30. Et audias deprecationem servi tui et populi tui Israel, qui orabunt ad locum istum: et tu audies *in loco habitationis tuae, in caelis*, et audies, et parces.

31. *Cum peccaverit vir* adversus proximum suum, et tulerit in eum adiurationem ut adiuret, et venerit adiuratio ante altare tuum in domo hac:

32. *Et tu audies (de) caelis*, et facies et iudicabis servos tuos, *ut condemnes impium*, ut des viam eius in caput eius, et ut iustifices iustum, ut des ei secundum iustitiam eius.

33. *Cum percussus fuerit popu-*

## II. Paralipómenos, vi.

15. Qui custodisti servo tuo David patri meo, quod locutus es ei: et locutus es ore tuo, et manu tua implevisti iuxta diem hanc.

16. Et nunc, Domine Deus Israel, custodi servo tuo David patri meo, quod locutus es ei dicens: Non excindetur tibi vir a facie mea sedens super thronum Israel, duntaxat si custodierint filii tui viam suam, ut ambulent *in lege mea* sicut ambulasti coram me.

17. Et nunc, *Domine Deus Israel*, firmetur *verbum tuum*, quod locutus es servo tuo David.

18. Sed an vere sedebit Deus *cum homine* super terram? Ecce caeli et caeli caelorum non continent te: etiam quod domus haec quam aedificavi?

19. Et respicias ad orationem servi tui, et ad deprecationem eius, Domine Deus meus, ut audias clamorem et orationem, qua servus tuus orat coram te:

20. Ut sint oculi tui aperti super domum hanc, *die et nocte*, super locum de quo dixisti *ut poneret nomen tuum ibi*, ut audias orationem qua orat servus tuus ad locum istum:

21. Et audias deprecationem servi tui et populi tui Israel, qui orabunt ad locum istum: et tu audies *de loco habitationis tuae, de caelis*, et audies, et parces.

22. *Si peccaverit vir* adversus proximum suum, et tulerit in eum adiurationem ut adiuret, et venerit adiuratio ante altare tuum in domo hac.

23. *Et tu audies de caelis*, et facies, et iudicabis servos tuos, *ut reddas impio*, ut des viam eius in caput eius, et ut iustifices iustum, ut des ei secundum iustitiam eius.

24. *Et si percussus fuerit popu-*

## III. Reyes, viii.

lus tuus Israel ante faciem inimici, eo quod peccaverint tibi, et reversi fuerint *ad te*, et confessi fuerint nomen tuum, et oraverint et deprecati fuerint apud te in domo hac:

34. Et tu audies *(de) caelis*, et parces peccato populi tui Israel, et reduces eos in terram, quam dedisti *patribus eorum*.

35. Cum clausi fuerint caeli, et non fuerit pluvia, eo quod peccaverint tibi, et oraverint in loco isto, et confessi fuerint nomen tuum, *et a peccato suo reversi fuerint*, quia afflixeris eos:

36. Et tu audies *(de) caelis*, et parces peccato servorum tuorum et populi tui Israel, quia docebis eos viam bonam per quam ambulent, et dabis pluviam super terram tuam quam dedisti populo tuo in hereditatem.

37. Fames cum fuerit in terra, pestis cum fuerit, ariditas *(et) aerugo*, locusta *(et) bruchus*, cum fuerit, cum obsederit eum inimicus eius in terra portarum suarum, omnis plaga *(et) omnis infirmitas*:

38. Omnis oratio, omnis deprecatio, quae fuerit omni homini, omni populo tuo Israel, eo quod cognoverint unusquisque *plagam cordis sui*, et expanderit palmas suas ad domum hanc:

39. Et tu audies *(de) caelis*, *sed de habitationis tuae*, et parces, *et facies*, et dabis unicuique secundum omnes vias suas eo quod cognoveris cor eius, quia *tu nosti solus cor omnium* filiorum hominis:

40. Ut timeant te omnibus diebus, quibus ipsi viventes erunt super faciem terrae quam dedisti patribus nostris.

41. Et etiam erga alienigenam qui non est de populo tuo Israel,

## II. Paralipómenos, vi.

lus tuus Israel ante faciem inimici, eo quod peccaverint tibi, et reversi fuerint, et confessi fuerint nomen tuum, et oraverint, et deprecati fuerint apud te in domo hac:

25. Et tu audies *de caelis*, et parces peccato populi tui Israel, et reduces eos in terram quam dedisti *eis et patribus eorum*.

26. Cum clausi fuerint caeli, et non fuerit pluvia, eo quod peccaverint tibi, et oraverint in loco isto, et confessi fuerint nomen tuum, *(et) a peccato suo reversi fuerint*, quia afflixeris eos:

27. Et tu audies *(de) caelis*, et parces peccato servorum tuorum et populi tui Israel, quia docebis eos viam bonam per quam ambulent, et dabis pluviam super terram tuam quam dedisti populo tuo in hereditatem.

28. Fames cum fuerit in terra, pestis cum fuerit, ariditas *et aerugo*, locusta *et bruchus*, cum fuerit, cum obsederit eum inimicus eius in terra portarum suarum, omnis plaga, *et omnis infirmitas*:

29. Omnis oratio, omnis deprecatio, quae fuerit omni homini, et omni populo tuo Israel, eo quod cognoverint unusquisque *plagam suam et dolorem suum*, et expanderit palmas suas ad domum hanc:

30. Et tu audies *de caelis*, *sed de habitationis tuae*, et parces, et dabis unicuique secundum omnes vias suas, eo quod cognoveris cor eius: quia *tu solus nosti cor filiorum hominis*:

31. Ut timeant te, *ut ambulent in vis tuis*, omnibus diebus, quibus ipsi viventes erunt super faciem terrae quam dedisti patribus nostris.

32. Et etiam erga alienigenam qui non est de populo tuo Israel,



et venit de terra longinqua *propter nomen tuum:*

42. Quia audierint nomen tuum magnum, et manum tuam fortem, et brachium tuum extentum, et veniet et orabit ad domum hanc:

43. Tu audies (de) caelis, sede habitationis tuae, et facies iuxta omne de quo invocaverit te alienigena: ut sciant omnes populi terrae nomen tuum, ut timeant te sicut populus tuus Israel, et ut sciant quia nomen tuum invocatum est super domum hanc quem aedificavi.

44. Cum egressus fuerit populus tuus ad bellum adversus inimicum suum per viam per quam miseris eos, et oraverint ad Dominum, in via civitatis quam elegisti, et domus quam aedificavi nomini tuo:

45. Et audies (de) caelis orationem eorum et deprecationem eorum, et facies iudicium.

46. Cum peccaverint tibi (quia nullus est homo qui non peccet), et iratus fueris contra eos, et dederis eos ante faciem inimici, et captivos duxerint eos, captivantes eos, in terram inimici longinquam vel propinquam:

47. Et reversi fuerint ad cor suum, in terra in qua captivi ducti fuerint, et reversi fuerint, et deprecati fuerint apud te in terra captivitatum eorum, dicendo: Peccavimus, et iniquitatem fecimus, (et) impie egimus:

48. Et reversi fuerint ad te in omni corde suo, et in omni anima sua, in terra inimicorum suorum qui captivaverint eos, et deprecati fuerint apud te in via terrae eorum, quam dedisti patribus eorum, civitatis quam elegisti, et domus quam aedificavi nomini tuo:

49. Et audies (de) caelis, sede habitationis tuae, orationem eorum et deprecationem eorum, et facies

et venit de terra longinqua *propter nomen tuum magnum* et manum tuam fortem, et brachium tuum extentum, et veniet et orabunt ad domum hanc:

33. Et tu audies de caelis, de sede habitationis tuae, et facies iuxta omne de quo invocaverit te alienigena: ut sciant omnes populi terrae nomen tuum, et ut timeant te sicut populus tuus Israel, et ut sciant quia nomen tuum invocatum est super domum hanc quam aedificavi.

34. Cum egressus fuerit populus tuus ad bellum adversus inimicum suum per viam per quam miseris eos, et oraverint ad te in via civitatis huius quam elegisti, et domus quam aedificavi nomini tuo:

35. Et audies de caelis orationem eorum, et deprecationem eorum, et facies iudicium.

36. Cum peccaverint tibi (quia nullus est homo qui non peccet), et iratus fueris contra eos, et dederis eos ante faciem inimici, et captivos duxerint eos, captivantes eos, in terram longinquam vel propinquam:

37. Et reversi fuerint ad cor suum in terra in qua captivi ducti fuerint, et reversi fuerint, et deprecati fuerint apud te in terra captivitatis eorum, dicendo: Peccavimus, (et) iniquitatem fecimus, et impie egimus:

38. Et reversi fuerint ad te in omni corde suo, et in omni anima sua, in terra captivitatis eorum, qui captivaverint eos, et deprecati fuerint in via terrae eorum, quam dedisti patribus eorum, et civitatis quam elegisti, et ad domum quam aedificavi nomini tuo:

39. Et audies de caelis, de sede habitationis tuae, orationem eorum et deprecationem eorum, et facies

iudicium:

50. Et parces populo tuo qui peccaverint tibi, et omnibus praevaricationibus eorum quibus praevaricati sunt in te, et dabis eos in misericordias ante facies eorum qui captivaverint eos, et miserebuntur eorum.

51. Quia populus tuus et hereditas tua ipsi sunt, quos eduxisti de Aegypto de medio fornacis ferreae:

52. Ut sint oculi tui aperti super deprecationem servi tui, et super deprecationem populi tui Israel: ut audias eos in omni invocatione eorum ad te.

53. Quia tu segregasti eos tibi in hereditatem ex cunctis populis terrae, iuxta quod locutus es in manu Moysi servi tui, cum eduxisses patres nostros de Aegypto, Domine Deus.

iudicium: et parces populo tuo qui peccaverint tibi.

40. Nunc, Deus meus, sint, quae-so, oculi tui aperti, et aures tuae intentae ad orationem loci huius.

41. Et nunc surge, Domine Deus, in requiem tuam, tu et arca fortitudinis tuae. Sacerdotes tui, Domine Deus, induantur salutem, et misericordes tui lactentur in bono.

42. Domine Deus, ne averteris faciem Christi tui: memento misericordiarum David servi tui.

## NOTAS.

¶ 12. Reyes, I. Par. Dominus dixit. Los intérpretes siro y árabe leen: Domine tu dixisti, consistiendo la principal diferencia en la omision del pronombre tu. Una misma palabra hebrea puede significar dixit ó dicens, y tu dicens podría explicarse por tu dicis; pero parece que el intérprete siro leyó dixisti. La expresion ad habitandum puede igualmente explicarse de estos dos modos: se habitaturum, ó te habitaturum. El tibi del V siguiente acaba de probar que en este se debió leer la palabra Domine.

¶ 13. Reyes, 2. Par. La expresion et ego de los Paralipómenos es relativa á la que precede: Tu... et ego. Sin embargo podrían reunirse ambas diciendo: et ego aedificando aedificavi, pero se opone á esta union el que estén tan separadas, que una tiene el lugar de la otra.—La conjuncion et, que falta en un texto, se encuentra en el otro.—Et sed m. Acaso se deberia leer locum, como se verá en el V 30. de los Reyes, 21. Par.—En ambos textos se subentiende la preposicion in.

¶ 16. Reyes, 5. Par. Populum meum Israel ex Aegypto, ó po-



*populum meum de terra Ægypti.* La diferencia consiste en que en uno se lee *Israel ex* y en el otro *de terra*; y como hay poca semejanza entre estas dos expresiones, es de presumirse que estaban reunidas, y se decía *populum meum de terra Ægypti.—Et elegi David.* El texto paralelo de los Paralipómenos V 5. y 6. prueba que aquí se han omitido dos frases; y en efecto es claro que no hay conformidad entre estos dos miembros: *Non elegi civitatem.... et elegi David.* El sentido debe ser como se expresa en los Paralipómenos: *Non elegi civitatem et non elegi virum.... Sed elegi Ierusalem.... et elegi David.*

V 18. Reyes. 8. Par. En ambos textos se subentiende la palabra *Hoc.*

V 21. Reyes. 11. Par. *Locum arcae* ó *arcam.* Puede ser que se haya omitido la palabra *locum*, así como al fin del versículo ha habido otra omision mucho mas considerable, reduciéndose las palabras, *cum patribus nostris cum eduxisset eos de terra Ægypti*, á estas *cum filiis Israel*, que aunque tienen el mismo sentido, debe creerse que habiendo un claro en el texto, se llenó conforme al sentido que exigia la frase.

V 22. Reyes. 12. Par. *Et stetit Salomon.* En los Paralipómenos se ha omitido la palabra *Salomon.*—*Et expandit palmas suas.* La repetición de estas palabras al fin del V 12. y del V 13. de los Paralipómenos juntas con la expresion *in caelum*, lo mismo que en los Reyes, han podido ser causa de que se haya omitido en los Reyes el V 13. de los Paralipómenos.—13. Par. El copista ha equivocado la palabra *adiutorii* con *atrii.*

V 23. Reyes. 14. Par. *In caelis desuper nec super terram deorsum.* Esta frase está reducida en los Paralipómenos á las palabras *In caelis et in terra.* El sentido es igual en ambos textos, pero la expresion está mas adornada en el de los Reyes.

V 25. Reyes. 16. Par. *Coram me* ó *in lege mea.* Estas expresiones tienen el mismo sentido, y pudieran reunirse diciendo: *Coram me in lege mea.* Mas parece que la expresion *coram me* se ha anticipado, tomándola del fin del versículo, donde se halla en ambos textos.

V 26. Reyes. 17. Par. En uno se omite la palabra *Domine*, y en otro el verbo *quaeso.*—En los Paralipómenos se dice bien *verbum tuum*, y en lugar de esta expresion se lee en los Reyes *verba tua.* Los Rabinos convienen en que es mejor leer *verbum tuum.*—En los Paralipómenos se omite la expresion *patri meo* que no es necesaria.

V 27. Reyes. 18. Par. *An vere.* No es esta la expresion de una duda, sino del asombro y admiracion. La Vulgata la explica con una perífrasis, diciendo en los Reyes: *Ergone putandum est quod vere*, y en los Paralipómenos: *Ergone credibile est.*—Se ha omitido en los Reyes la expresion *cum homine*, que sirve bastante para expresar el pensamiento del texto.

V 28. Reyes. 19. Par. En los Paralipómenos se omite la palabra *hodie.*

V 29. Reyes. 20. Par. *Nocte et die*, ó *Die et nocte.* Esta inversion es muy frecuente.—*Erit nomen meum ibi*, ó *ut poneris nomen tuum ibi.* En la substancia no hay diferencia en el sentido si-

no únicamente en la expresion.—*Ad locum istum.* Es decir, las miradas dirigidas hácia este templo.

V 30. Reyes. 21. Par. *In loco habitationis tuae, in caelis*, ó *ad.* Se expresa mejor en los Paralipómenos con la preposicion *de*: *De loco habitationis tuae, de caelis.*

V 31. Reyes. 22. Par. *Cum peccaverit vir* ó *si peccaverit vir.*

V 32. Reyes. 23. Par. *De caelis.* La preposicion *de* omitida en los Reyes, está expresa en los Paralipómenos.—*Ut condemnes impium*, ó *ut reddas impio.* Parece que en el hebreo se ha confundido la expresion *ut condemnes* con *ut reddas.* La primera está mas acorde con la expresion siguiente *ut justifies.*

V 33. Reyes. 24. Par. *Cum percussus fuerit*, ó *Etsi percussus fuerit.* La última leccion es consecuencia natural de la del V 22. *Si peccaverit vir.... Etsi percussus fuerit populus tuus.* Puede ser que la omision de *Etsi*, haya dado lugar á que se cambie la expresion *percussus fuerit*, resultando esta; *cum percussus fuerit.*—En los Paralipómenos se ha omitido la expresion *ad te.*

V 34. Reyes. 25. Par. *De caelis.* Tambien en este texto de los Reyes se ha omitido la preposicion expresada en los Paralipómenos.—*Patribus eorum, ó eis et patribus eorum.* Puede ser que se haya omitido la palabra *eis.*

V 35. Reyes. 26. Par. *Et á peccato suo.* La conjuncion expresada en un texto se omite en el otro, pero se halla en algunos ejemplares.

V 36. Reyes. 27. Par. *De caelis.* En ambos textos se ha omitido la preposicion.

V 37. Reyes. 28. Par. *Ariditas et aerugo, locusta et bruchus.* En los Paralipómenos se expresan las conjunciones omitidas en los Reyes.—*Omnis plaga et omnis infirmitas.* Tambien aquí se omite en un texto la conjuncion expresa en el otro.

V 38. Reyes. 29. Par. *Plagam cordis sui, ó plagam tuam et dolorem suum.* Puede ser que en ambos textos se leyera originalmente *plagam et dolorem cordis sui.*

V 39. Reyes. 30. Par. *De caelis.* En los Paralipómenos se ha omitido la preposicion.—*Sede.* Se subentiende *de*, suponiendo que la palabra hebrea signifique igualmente *sedes* ó *locus*; pero este último sentido da motivo para conjeturar que en la verdadera leccion debe haber otra palabra mas propia para significar lo mismo que *locus*, como se ha visto en el V 30 de los Reyes, 21. Par.—En estos se omite la expresion *Et facies.*—*Tu nosti solus* ó *tu solus nosti.* La última expresion parece mas natural y conforme al uso de los Hebreos.—*Omnium.* Esta palabra se omite en los Paralipómenos.

V 40. Reyes. 31. Par. En los Reyes se omite la expresion *ut ambulent in vis tuis*, y aunque se subentiende bien, es probable que se expresara en ambos textos.

V 42. Reyes. 32. Par. En los Paralipómenos se omite la expresion *Quia audierint nomen tuum.* tal vez á causa de la repetición de las dos últimas palabras *nomen tuum.*—*Et veniet et orabit.* Se dice mejor en los Paralipómenos *Et venient et orabunt.*

V 43. Reyes. 33. Par. *Et tu audies.* La conjuncion omitida en los Reyes se expresa en los Paralipómenos.—*De caelis, de sede.*



La preposición omitida ántes de estas dos palabras en los Reyes, se expresa ante las mismas en los Paralipómenos: *De caelis, de sede*. Pero falta saber si la palabra *sede* se ha puesto en vez de *loco*.—*Et ut timeant*. En los Reyes se omite la conjunción.

V 44. Reyes, 34. Par. La expresion *ad Dominum* fue puesta por los copistas en lugar de *ad te*, como se halla en los Paralipómenos.

En los Reyes se omite la palabra *huius*.

V 45. Reyes, 35. Par. *De caelis*. Otra vez se omite en un texto la preposición expresa en el otro.

V 46. Reyes, 36. Par. En los Paralipómenos se omite la palabra *inimici* que no es necesaria.

V 47. Reyes, 37. Par. *Captivantium rebus ó captivitatis eorum*. Es fácil que se confundan estas expresiones; pero el contexto hace que se dé preferencia á la primera, como se verá en el V siguiente.— En los Reyes se dice: *Peccavimus, et iniquitatem fecimus, impie egimus*; y en los Paralipómenos: *peccavimus, iniquitatem fecimus et impie egimus*. En los dos textos hay la misma conjunción, pero colocada en distintos lugares, debiéndose presumir que si se junta al segundo verbo, debe tambien acompañar al tercero.

V 48. Reyes, 38. Par. La expresion *inimicorum suorum qui captivaverint eos*, es mejor que *captivitatis eorum qui captivaverint eos*. La palabra *qui* prueba que se ha confundido la expresion *captivitatis eorum* con *captivantium eos*, ó mas bien con *inimicorum suorum*.— En los Paralipómenos se omite la expresion *apud te*.—*Et civitatis*. En los Reyes se omite la conjunción.—*Et domus* es mejor que *et ad domum*. Se ha confundido á *et domus* con *et ad domum*.

V 49. Reyes, 39. Par. *De caelis, de sede*. Las dos preposiciones omitidas en los Reyes, están expresadas en los Paralipómenos, y acaso tambien *sede* está en lugar de *loco*.

V 50 Reyes, 39. Par. *Et parces populo tuo qui peccaverint tibi*. Aquí concluye el paralelo de los dos textos. Los V 50 y 51 tienen mucha conexión con el que precede.

V 52. Reyes. *Ut sint oculi tui aperti*. Es claro que esto no está conexo con lo que se acaba de decir; pero si despues del V 51 se colocan los V 40, 41 y 42 de los Paralipómenos, el V 42 se juntará con el 52 diciendo: *Domine Deus, ne averteris faciem Christi tui: memento misericordiarum David servi tui, ut sint oculi tui aperti super deprecationem servi tui &c.*

V 40. Par. *Nunc, Deus meus*. Siendo este V absolutamente independiente del que precede, se coloca naturalmente despues del 51 de los Reyes, y facilita de ese modo la union del 42 con el 52.

VIII. TEXTOS PARALELOS.

## III. Reyes, VIII.

34. *Et fuit cum complisset Salomon ut oraret ad Dominum omnem orationem et deprecationem hanc, (et) surrexit a facie altaris Domini, ab incurvando super genua sua et palmae suae expansae erant*

## II. Paralipómenos, VII.

1. *Et cum complisset Salomon ut oraret, et ignis descendit de caelis, et comedit holocaustum et sacrificia, et gloria Domini implevit domum.*

## III. Reyes, VIII.

*in caelum.*

55. *Et stetit, et benedixit omnem congregationem Israel voce magna, dicens:*

56. *Benedictus Dominus, qui dedit requiem populo suo Israel, iuxta omne quod locutus est: non cecidit verbum unum ex omni verbo eius bono quod locutus est per manum Moysis servi eius.*

57. *Sit Dominus Deus noster nobiscum, iuxta quod fuit cum patribus nostris: ne derelinquat nos, neque deserat nos:*

58. *Ut inclinet cor nostrum ad se ad ambulandum in omnibus viis eius, et ad custodiendum praecepta eius, et statuta eius, et iudicia eius quae mandavit patribus nostris.*

59. *Et sint verba mea haec quibus deprecatus sum ante faciem Domini propinqua ad Dominum Deum nostrum die ac nocte ut faciat iudicium servi sui et iudicium populi sui Israel per singulos dies:*

60. *Ut sciant omnes populi terrae quia Dominus est Deus, (et) nullus ultra.*

61. *Et sit cor nostrum perfectum cum Domino Deo nostro ad ambulandum in statutis eius, et ad custodiendum praecepta eius, iuxta diem hanc.*

62. *Et rex, et omnis Israel cum eo, sacrificabant sacrificium ante faciem Domino.*

63. *Et sacrificavit Salomon, sacrificium pacificorum: (et) sacrificium pacificorum) quod sacrificavit Domino, boves viginti et duo milia, et oves centum et viginti milia: et dedicaverunt domum Domini rex et omnes filii Israel.*

## II. Paralipómenos, VII.

2. *Et non potuerunt sacerdotes ingredi domum Domini, quia impleverat gloria Domini domum Domini.*

3. *Et omnes filii Israel videbant descendere ignem et gloriam Domini super domum: et incurvati sunt facie in terram super pavimentum, et adoraverunt, confitendo Domino, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius.*

4. *Et rex et omnis populus sacrificabant sacrificium ante faciem Domini.*

5. *Et sacrificavit rex Salomon sacrificium, boves viginti et duo milia et oves centum et viginti milia: et dedicaverunt domum Dei rex et omnis populus.*

6. *Et sacerdotes super custodias suas stabant, et levitae in vasis cantibus Domini quae fecit David rex ad confitendum Domino, quoniam in*



## III. Reyes, VIII.

64. *In die illa sanctificavit rex medium atrii, quod erat ante faciem domus Domini, quia fecit ibi holocaustum et oblationem, et adipem pacificorum, quia altare aereum quod erat ante faciem Domini minus erat quam ut contineret holocaustum et oblationem et adipem pacificorum.*

65. *Et fecit Salomon in tempore illo solemnitatem (septem diebus), et omnis Israel, cum eo, congregatio magna ab introitu Emath usque ad torrentem Ægypti ante faciem Domini Dei nostri septem diebus, et septem diebus, quatuordecim diebus.*

66. *In die octava, dimisit populum, et benedixerunt regi et abierunt ad tentoria sua lætantes et boni corde super omni bono quod fecerat Dominus David servo suo, et Israel populo suo.*

## II. Paralipómenos, VII.

*seculum misericordia eius, cum laudant David per manum eorum: et sacerdotes clangebant ante eos, et omnis Israel stabant.*

7. *Et sanctificavit Salomon medium atrii quod erat ante faciem domus Domini, quia fecit ibi holocausta, et adipem pacificorum, quia altare aereum quod fecerat Salomon, non poterat continere holocaustum et oblationem et adipem.*

8. *Et fecit Salomon solemnitatem in tempore illo, septem diebus, et omnis Israel cum eo, congregatio magna valde, ab introitu Emath usque ad torrentem Ægypti.*

9. *Et fecerunt in die octava collectam, nam dedicationem altaris fecerunt septem diebus et solemnitatem (tabernaculorum) septem diebus.*

10. *Et in die vigesima et tertia mensis septimi dimisit populum ad tentoria sua lætantes et bono corde super bono quod fecerat Dominus David et Salomoni et Israel populo suo.*

## NOTAS.

¶ 54. Reyes, 1. Par. *Et fuit.* En los Paralipómenos se omite la palabra *fuit*.—*Cum complisset Salomon ut oraret.* Lo que sigue es totalmente diverso en ambos textos hasta el ¶ 62. Reyes, 4. Par.; pero de modo que el texto de los Reyes tiene mucha conexión entre sí, y el de los Paralipómenos se ha interrumpido manifestamente. *Et cum complisset Salomon ut oraret, et ignis descendit de caelis &c.* Es claro que la segunda conjunción sería inútil, si la construcción de esta frase debiera ser la que presenta el texto; pero leyéndose como en los Reyes, *Et fuit cum complisset &c.* el estilo de los Hebreos exigiría que se dijera, *et ignis descendit.* Mas como el texto de los Reyes está ligado íntimamente, debe presumirse que se le debe seguir hasta el fin del ¶ 61. y entonces se podría decir: *Et fuit cum complisset Salomon ut loqueretur, et ignis descendit de caelis.* Puede ser que la semejanza de las dos frases *Et fuit cum complisset Salomon,* haya causado el que los copistas pasaran de uno

á otro ¶.—*Et surrexit.* El estilo de los Hebreos exige esta conjunción que falta en el texto.

¶ 60. *Et nullus ultra.* Esta es otra conjunción que falta en el texto, y se halla en el de la Vulgata.

¶ 3. Par. *Confitendo.* En el hebreo se dice *et confiteri* en lugar de *confitendo.*

¶ 62. Reyes, 4. Par. *Et omnis populus, ó Et omnis Israel.* Estas expresiones tienen el mismo sentido.—En los Paralipómenos se omite la expresión *cum eo.*

¶ 63. Reyes, 5. Par. *Rex.* Palabra omitida en los Reyes.—*Et sacrificium pacificorum quod sacrificavit Domino.* Frase omitida en los Paralipómenos, donde solo se dice *sacrificium.* La repetición de las palabras *et sacrificium pacificorum* se omite en los Reyes; pero es manifiesto que allí faltan, para separar de ese modo esta frase de la primera.—*Domini ó Dei* forman el mismo sentido.—*Omnes filii Israel, ú omnis populus.* Expresiones iguales.

¶ 6. Par. Este texto no tiene paralelo en los Reyes.

¶ 64. Reyes, 7. Par. *In die illa.* Expresión omitida en los Paralipómenos.—*Rex ó Salomon.* Palabras semejantes que pudieran unirse.—*Holocaustum et oblationem* ú *Holocausta* solamente. Las oblationes acompañaban á los holocaustos, por lo que pueden ser comprendidas en el plural *Holocausta*, si no se quiere decir mejor que los copistas omitieron la palabra *oblationem*, lo que es tanto mas verosímil que al fin del mismo ¶ se dice, *holocaustum et oblationem.*—*Quod erat ante faciem Domini minus erat quam ut contineret, ó quod fecerat Salomon, non poterat continere.* Esta frase tiene el mismo sentido en ménos palabras.—*Pacificorum.* Palabra omitida en los Paralipómenos.

¶ 65. Reyes, 8. Par. *In tempore illo.* Expresión traspuesta en uno de los dos textos.—*Septem diebus.* Expresión que probablemente fue omitida por los copistas en los Reyes, pues esta circunstancia es esencial para lo que sigue.—*Valde.* Adverbio omitido en los Reyes.—*Ante faciem Domini Dei nostri.* Expresión omitida en los Paralipómenos.—*Septem diebus et septem diebus.* El texto paralelo de los Paralipómenos ¶ 9. explica esto por algunas circunstancias omitidas en los Reyes: *Et fecerunt in die octava collectam; nam dedicationem altaris fecerunt septem diebus, et solemnitatem (tabernaculorum) septem diebus,* y estos componen los catorce días marcados en los Reyes, *quatuordecim diebus,* los que agregados á los ocho primeros hacen los veinte y dos que van á conducirnos al vigésimo tercio. La palabra *tabernaculorum* no está expresada, pero el sentido la exige.

¶ 66. Reyes, 10. Par. *In die octava, ó Et in die vigesima et tertia mensis septimi.* El día es octavo con relación á los siete últimos, y vigésimo tercio respecto de los veinte y dos primeros; de suerte que las dos expresiones lejos de ser contrarias, pudieran unirse diciendo: *Et in die octava, vigesima et tertia mensis septimi dimisit populum.*—*Et benedixerunt regi et abierunt.* Expresión omitida en los Paralipómenos, de lo que resulta que las palabras *lætantes et boni corde* que están en nominativo en un texto, se crea que en el otro se ponen en acusativo: *lætantes et bonos corde.* En el hebreo no hay diferencia.—*Omnis.* Palabra omitida en los Paralipóme-



nos.—*David servo suo, ó David et Salomoni.* Tal vez se deberian reunir estas expresiones diciendo: *David et Salomoni servis suis.*

## § IX. TEXTOS PARALELOS.

## III. Reyes, IX.

1. *Et fuit cum consummasset Salomon ut aedificaret domum Domini et domum regis, et omne desiderium Salomonis quod voluit facere....*

2. *Et apparuit Dominus Salomoni secundo iuxta quod apparuerat ad eum in Gabaon.*

3. *Et dixit Dominus ad eum: Audivi orationem tuam et deprecationem tuam quod deprecatus es ante faciem meam:*

.....sanctificavi domum hanc quam aedificasti, ut ponerem nomen meum ibi usque in seculum: et erunt oculi mei et cor meum ibi cunctis diebus.

4. *Et tu si ambulaveris ante faciem meam iuxta quod ambulavit David pater tuus, in simplicitate cordis et in rectitudine, ut facias iuxta omne quod mandavi tibi, [et] statuta mea et iudicia mea custodias:*

5. *Et stare faciam solium regni tui super Israel in seculum iuxta quod locutus sum saper David patrem tuum, dicens: Non excindetur tibi vir a throno Israel.*

6. *Si avertendo aversi fueritis vos et filii vestri a me, et non cu-*

## II. Paralipómenos, VII.

11. *Et consummavit Salomon domum Domini et domum regis, et omne quod venit super cor Salomonis ut faceret in domo Domini et in domo sua, prospere fecit.*

12. *Et apparuit Dominus Salomoni in nocte, et dixit ei: Audivi orationem tuam, et elegi locum istum mihi in domum sacrificii.*

13. *Ecce claudam caelos, et non erit pluvia: et ecce mandabo locustae ut comedat terram, et si mittam pestem in populum meum:*

14. *Et incurvaverint se populus meus super quos invocatum est nomen meum, et oraverint et exquisierint faciem meam, et conversi fuerint a visis suis malis: et ego audiam de caelis, et parcam peccato eorum, et sanabo terram eorum.*

15. *Nunc oculi mei erunt aperti et aures meae intentae ad orationes loci huius.*

16. *Et nunc elegi et sanctificavi domum hanc, ut sit nomen meum ibi usque in seculum: et erunt oculi mei et cor meum ibi cunctis diebus.*

17. *Et tu si ambulaveris ante faciem meam iuxta quod ambulavit David pater tuus, et ut facias iuxta omne quod mandavi tibi, et statuta mea et iudicia mea custodias:*

18. *Et stare faciam solium regni tui iuxta quod pepigi David patri tuo dicens: Non excindetur tibi vir dominans in Israel.*

19. *Et si aversi fueritis vos, et dereliqueritis statuta mea et praecepta*

## III. Reyes, IX.

*stodieritis praecepta [et] statuta mea quae dedi ante facies vestras, et abieritis et servieritis diis alienis, et adoraveritis eos:*

7. *Et excindam Israel a facie terrae quam dedi eis, et domum quam sanctificavi nomini meo dimittam a facie mea: et erit Israel in parabolam et in dicerium in omnibus populis:*

8. *Et domus haec [quae] fuerit excelsa, omnis transiens iuxta eam, obstupescet, et sibilabit, et dicent: Propter quid fecit Dominus iuxta sic terrae huic et domui huic?*

9. *Et dicent: Propterea quod dereliquerunt Dominum Deum suum, qui eduxit patres eorum de terra Aegypti et adhaeserunt diis alienis, et adoraverunt eos, et servierunt eis: propterea adduxit Dominus super eos omne malum hoc.*

## II. Paralipómenos, VII.

*mea quae dedi ante facies vestras, et abieritis, et servieritis diis alienis et adoraveritis eos:*

20. *Et evellam eos de terra quam dedi eis, et domum hanc quam sanctificavi nomini meo dimittam a facie mea: et dabo eam in parabolam et in dicerium in omnibus populis.*

21. *Et domus haec quae fuerit excelsa, omni transeunti iuxta eam, obstupescet et dicet: In quo fecit Dominus iuxta sic terrae huic et domui huic?*

22. *Et dicent: Propterea quod dereliquerunt Dominum Deum patrum suorum, qui eduxit eos de terra Aegypti, et adhaeserunt diis alienis, et adoraverunt eos, et servierunt eis: propterea adduxit super eos omne malum hoc.*

## NOTAS.

¶ 1. Reyes, II. Par. *Et fuit cum consummasset*, y *Et consummavit*, son expresiones que tienen el mismo sentido.—*Ut aedificaret.* Expresion omitida en los Reyes que se comprende en la palabra *consummavit*.—*Et domum regis.* Tal vez se ha omitido el verbo *aedificavit*. Despues de haber acabado el templo, fabricó su palacio, porque parece que hasta despues de haber sido este edificado, tuvo la siguiente vision, pero inmediatamente despues de la oracion que hizo en la dedicacion del templo.—*Et omne desiderium Salomonis quod voluit facere*, ó *Et omne quod venit super cor Salomonis ut faceret.* Estas son frases que contienen el mismo pensamiento explicado de distinto modo.—*In domo Domini et in domo sua.* Expresion omitida en los Reyes.—*Prospere fecit.* Expresion que tambien se ha omitido, pero que es mucho mas necesaria, porque sin ella el miembro precedente no puede naturalmente unirse con la primera parte del ¶.

¶ 2. Reyes. 12. Par. *Secundo*, ó *in nocte.* Pueden juntarse estas expresiones diciendo: *in nocte secundo*.—*Iuxta quod apparuerat ad eum in Gabaon.* Expresion consiguiente á *secundo*, omitida en los Paralipómenos.

¶ 3. Reyes. 12. Par. Las expresiones *Et dixit Dominus ad eum*, y *Et dixit ei*, tienen el mismo sentido.—En ambos textos se dice *Audivi orationem tuam*; pero lo que sigue es muy diferente, y despues vuelve la semejanza, de modo que fácilmente se puede sostener el paralelo y conciliar los textos.—*Et deprecationem tuam quae deprecatus es ante faciem meam.* Esto tiene conexión con el ¶ pre-